



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De ecclesiis ædificandis, vel reparandis. Titulus XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

quadragesima in qua solent excipi quarta
& sexta feria ac sabbatum, cap. sabbato cap.
jejunia sane de consecr. dist. 3. acta hebdo-
mas sancta, c. i. c. non licet c. non oportet de
consecr. dist. 3.

De ecclesiis adificandis, vel repa-
randis.

Titulus XLVIII.

De purificatione post partum.

Titulus XLVII.

SVM MARIA.

- 1 Purificatio post partum ob reverentiam templi per legem mosaicam fuit introducta.
- 2 Postquam umbra legis evanuit si mulieres post prolem emissam acturæ gratias ecclesie intrare voluerint nulla inde peccati mole gravantur, si ex veneratione voluerint abstinere aliquantis per, earum devo-
tio non reprobatur.

IEIVNIA indicta sunt ob reverentiam fe-
tivitatum; purificatio post † partum ob
reverentiam templi per legem Mosaicam;
quia tamen gratia, & veritas per I E S V M
Christum facta est, postquam † umbra le-
gis evanuit, & illuxit Evangelii veritas, si
mulieres post prolem emissam acturæ gra-
tias ecclesiam intrare voluerint, nulla proin-
de peccati mole gravantur, nec ecclesiarum
est eis additur denegandus, ne pœna illis vi-
deatur converti in culpam, si ex veneratio-
ne voluerint aliquandiu abstinere, devo-
tio earum non improbatur,
c. unico hoc tit.

**

Summe in Decretal.

SVM MARIA.

- 1 Ecclesia una in prauidicium alterius Ecclesia
sive infra ipsius limites construere non debet.
- 2 Fallit primo quando non possunt parochiani
ob locorum distantiam sive difficultatem
sine magno incommodo Ecclesiam matri-
cem adire, unde non valent congruo tem-
pore ecclesiasticis officiis interesse.
- 3 Secundo, propter temporis qualitatem.
- 4 Tertio, propter incrementum populi.
- 5 Quarto, in leprosis quibus permittitur abs-
que prauidicicio antiquarum parochialium
habere ecclesiam propriam & präsbyte-
rum.
- 6 Ecclesia construenda est auctoritate epi-
scopi.
- 7 Praefinita per eum qui adificare vult dote
qua sufficiat, si ecclesia est secundum nu-
merum collegiorum & qualitatem col-
legii ad luminaria & stipendia.
- 8 Si parochialis est ad sustentationem duorum
ad minus vel trium.
- 9 Dotis constitutione omissa in fundatione, nō
debet consecrari Ecclesia nisi dos ei prius
fuerit assignata.
- 10 Quod si utroque tempore dotis constitutio
omissa fuerit adhuc tenentur fundatores
eorumq; heredes ad dotandum & eis non
existentibus solvendo datur actio contra
episcopum.
- 11 Ecclesia construenda non potest conferri pri-
vilegium ut valeat ex tunica.
- 12 Neque etiam eidem potest donari.
- 13 Sed legari eidem ut heres institui potest.

P P P P P 14 PA-

- 14 Paclum quod datum pro dote renocetur cor-
ruente Ecclesia est à iure reprobatum.
15 Id quod ecclesia habet præsumitur sibi da-
tum pro dote.
16 Periculum dotis amissa pertinet ad Eccle-
siam.
17 Circa reparationem Ecclesiæ servanda est
consuetudo.
18 Qua cessante prælatus quartam partem fru-
ctuum tenetur dare fabrica.
19 Si quartapars non sufficiat tenentur omnes
patroni, rectores ecclesiarum ac beneficiaria-
ti quatenus eis supereft detracti neces-
sarijs.
20 Ultimo loco parochiani.
21 Ac inferiores capelle.
22 Quod si omnes nimia egasitate laborent po-
test Episcopus etiam tanquam sedis aposto-
lica de legatus, vocatis ijs quorum inter-
est tam Parochiales quam alias ecclesiæ
& beneficia simplicia etiam iurispatrona-
tua ad matricies seu virginiores Ecclesiæ
transferre.
23 Lapidès & ligna ecclesiæ dedicata &
destructa in quos vsus sint convertendi.
24 Altaris palla, cathedra, candelabrum &
volum vetustate consumpta igni dantur.
25 Ecclesia diruta auctoritate superioris amit-
tit omnia priuilegia.
26 Casu fortuito vel ab hostibus diruta retinet
sua privilegia.
27 Ecclesia transferuntur seu transmutantur
auctoritate summi pontificis aut episcopi
in Consilio Capituli ex quinque causis.
28 Clausula de stylo in huiusmodi translationi-
bus vfitate.
29 Exemptio an perdatur si de mandato Papa
ecclesia plenè cum personis exempta trans-
feratur ad locum non exemptum.
30 Ecclesia quandoque eriguntur in aliūm sta-
tum superiorem, nempe collegiatu in-

cathedralē episcopalis in metropolitana
auctoritate Papa ecclesia simplex in paro-
chialem ex iusta causa auctoritate episcopi.
31 Ecclesia exempta per erectionem in cathe-
dralē an amittit exemptionem.
32 Ecclesia & capella renovatio & amplia-
tio sine præiudicio sanctilia in Ecclesia &
capella veteribus habebat insignia.

ECCLESIA quandoque de novo ædi-
fici debet intra limites veteris ecclesiæ
consecratæ quandoque ecclesiæ consecra-
tæ indigent reparatione, ideo supponitur
de ecclesijs ædificandis vel reparandis, re-
gulariter vna ecclesia † in præiudicium al-
terius ecclesiæ sive infra ipsius limites con-
strui non debet, c. quicumque 16. quaf. 1. c. 2.
§. caueant & Anchæ. in c. fin. in 1. not. hoc tit.
quia veteres ecclesiæ per novam lœdi non
debent, & in eadem terminacione plures
parochiales ecclesiæ esse non possunt, c. pre-
cipimus & c. seq. 16. q. 1. ex quo enim parochi-
alis est, determinatos habet limites. Hinc
inolevit Stylus quod confirmatio erec-
tions novæ Capellæ per laicos constructæ
conceditur cum clausula, absque rectoris
parochialis, in qua sita est huiusmodi Capel-
læ, præiudicio, c. ecclesiæ antiquitus & c. seq.
16. q. 1. c. 1. circa finem de nou. oper. nunciat.
Fallit primo † quando non possunt paro-
chiani ob locorum distantiam sive difficulta-
tem, fine magno incommodo ecclesiæ
matricem adire, vnde non valent congruo
tempore ecclesiasticis officijs interesse, c. ad
audientiam el 1. hoc tit. c. episcopi §. in ijs sif-
21. late Lapis allegat. 66. vbi discutit per multas
questiones, quo casu possunt Episcopi etiam
invitis rectoribus novas parochias consti-
tuere, & sacerdotibus ecclesijs noviter ere-
ctis præficiendis competentem assignare
portionem ex fructibus ad Ecclesiæ ma-
tricem

tricem quomodo cumque pertinentibus, & si necesse fuerit compellere populum ad subministranda ea quæ sufficiant ad vitam sacerdotum sustentandam, quacumque reservatione generali vel speciali vel affectione super dictis Ecclesijs, non obstantibus; neque huiusmodi ordinationes & electiones possunt tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus etiam vigore resignationis aut quibusvis alijs derogationibus, vel suspensionibus, c. episcopi §. in ijs vero sess. 21. Lap. alleg. 66. Si ob devotionem alicuius sancti Capella in alterius parochiæ construatur, non habet locum dictum c. ad audienciam el. 1. sed obuentiones erunt ipsius matricis ecclesiæ, sicut & ipsa Capella, c. eam te & ibi gloss. in verb. pendeant de etat. qualit. & ord. præficiend. Collect. in d. c. ad audienciam. n. 3. Secundo fallit † propter temporis qualitatem, c. & temporis qualitas 16. quest. 1. Tertio propter † incrementum populi, c. præcipimus 16. quest. 1. c. fin. hoc tit. Quarto in leprosis † q. i. bus permittitur absque præiudicio antiquarum parochialium habere ecclesiam propriam & presbyterum & non tenentur solvere decimas de hortis & nutrimentis animalium, c. cum dicat. h. tit. Ecclesia † construenda est auctoritate Episcopi, & sine ea constructa non venit destruenda, sed cedit commodo episcopali, Pan. in c. cum olim 2. nu. 9. & n. 15. infin. & nu. 16. de priuile. qui ibidem crucem figit, publice atti-
7um designat, & ante præfinit, qui † edifica-
re vult, dotem, quæ sufficiat, si ecclesia est
collegiata secundum quantitatem & numerum Collegiorum, & qualitatem Colle-
gij. (exceptis ecclesijs Capucinorum & Mi-
norum de observantia, quibus non licet
possidere immobilia) ad luminaria, ad cu-
stodiam, ad stipendia clericorum, c. nemo de-
consecr. distinct. 1. Authent. vt determ. sit cleric.

num. § in vestigantes coll. 1. Authent. null. fab.
orat. domos gloss. 1. & ibi Can. in c. cum sicut de
conf. eccl. vel alt. si parochialis † est ad susten- 8
tationem duorum ad minus, c. vt quisque &
ibi Pan. num. 2. & Can. de vit. & honest. cler.
Pan. in c. fin. num. 10. in fine & ibi Felin num.
10. vers. ex quibus colligit de præsumpt. Cassad.
decis. 19. in princ. de præbend. c. illud 7. quest. 1.
veltrium, c. hoc quoque de consecrat. dist. 1. ad
hospitalitatem exercendam, & ad respon-
dendum Episcopo de Episcopalibus, c. de
monachis de præbendis c. sicut de supp. negl. præ-
lat. vel secundum Pan. in d. c. cum sicut n. 4. de
consecr. eccl. &c. sufficit quod assignetur v-
nus mansus, quia cum ista obligatio prove-
nerit ex liberalitate, non debet multum
strictè agi contra ipsum fundatorem, nec
est opus quod dos detur à principio pro
hospitalitate tenenda, vel pro iuribus epis-
copalibus solvendis, nam ecclesia impotens
non tenetur ad ista, nec tenetur procurare
Episcopum visitantem; cap. caendum 10.
quest. 3. qua donatione solemni chartula
confirmata & ostensa Episcopus ponit pri-
marium lapidem, c. nemo 1. de consecrat. dis-
tinct. 1. c. placuit & ibi glo. in verb. dotem 1. q. 2.
c. pia mensis 16. q. 7. & ibi glo. in verb. collata
Authen. vt nullus fabricet oratorij dominus, si do-
tis constitutio † omissa fuerit in fundatio- 9
ne, non debet consecrari ecclesia, nisi dos ei
prius fuerit assignata, c. placuit 1. quest. 2. d.
6. pia mensis 16. q. 7. si utroque tempore fun-
dationis & consecrationis, dotis † consti- 10
tutio omisla fuerit, adhuc tenentur funda-
tores eorumque hæredes ad dotandum, c.
cum sicut & ibi Pan. in 1. not. & Can. commu-
niter de consecr. eccl. c. nemo el. 1. & ibi glos. in
verb. domum de consecrat distinct. 1. Rot. divers.
decis. 230. num. 1. par. 1. & eis non existenti-
bus solvendo danda est actio contra Epis-
copum, gloss. in d. verb. domum in c. nemo el. 1.
decon-

PPPP 2

decon-

- de consecrat. distinct. i. c. cum sicut & ibi Pan. n. 3. Anch. num. 3. de consecrat. eccl. vel altar.
- 11 Ecclesiæ † construendæ non potest conferri: p[ri]vilegium ut valeat extunc, c. ad audiētiam 2. hoc tit. sed bene ut valeat postquam fuerit constructa, Pan. in d. c. audiētiam el 2. num. 4. neque etiam † donari, cap. Abbate sane d[omi]n[u]m iud. in 6. quia donatio est contractus requirens personam cui obligatio acquiratur, sed eidem legari, ac † hæres institui potest, quia legatum & hæredis institutio non requirunt præsentiam personæ 1. cum pater §. f[ab]r[ic]a ff. de leg. 2. Bart. in l. servos nu. 4. ff. de alim. & cibar. legat. Pan. in d. c. ad audiētiam el. 2. n. 5. pactum, † quod datum pro dote ecclesiæ, revocetur corruente ecclesiæ, est à iure reprobatum, Felin. in c. cum venerabilis sub n. 39. vers. nota certio de except. Rot. divers. decif. 695. par. 1. sed quod ecclesiæ habet † & possidet præsumitur sibi datum in dotem, cum ista sit causa necessaria; Bart. in l. cum servus nu. 4. & ibi DD. ff. de verb. oblig. Rot. divers. decif. 230. numer. 1. par. 1. per leg. secundam C. de alim. pup. praſt. Rot. divers. decif. 56. in fine parte 2. & deperdita aut diminuta dote fundans ad nullum augmentum tenetur, non enim debet quod rite & secundam leges ab initio actum est, ex alio eventu resulcitar. l. sanctimus 1. vers. non enim C. de administr. tut. c. deinde circa fin. vers. si ita creditur 26. dist. periculumque † dotis amissæ pertinet ad ipsum beneficium sive ecclesiæ dotatam, Lambert. de iurep. 8. art. 5. quæst. princ. 1. partis 1. lib. numer. 17. Imputatur ei qui tenuem acceptat ecclesiæ. glos. in c. 1. in verb. necessitatem 21. quæst. 1. cap. clericus & ibi gl. in verb. vigilijs 91. distinct. Dicitur autem pauper iuxta qualitatem personæ, situm loci, & consuetudinem provinciæ, c. cum adeo & ibi glos. in verb. sufficientem & Can. de rescript. cap. erit distinct. 4. cap. sciendum
29. distinct. glos. in d. c. 1. in verb. necessitatem in fine 21. quæst. 1. Authen. præterea & ibi glos. in verb. locupl. C. vnde vir & vxor. onusque probandi incumbit beneficiario quantitatē fructuum adeo ex gratia esse, ut dos in eis constituta habeatur pro nō dote, arg. eorum que tradit Bald. n. 8. in Authen. præterea C. vnde iur. & vxor & ibi DD. communiter & in littera in fine quæst. C. de tur. dot interminis Rot. divers. decif. 60. par. 2. Ecclesia cathedralis & alia inferior suæ diœcesis, potest dicie episcopi. Clem. attendentes §. ipsos autem & ibi glos. in verb. sua eccl[esi]æ de stat. Monach. Pan. & Can.

Circa reparationem † eccl[esi]æ primore 17 currendum est ad consuetudinem, si enim consuetudo transfert onus fabricæ in populum aut aliter specialiter provideat, illa servanda est, videmus enim hodie quod communiter eccl[esi]æ habent redditus distinctos pro fabrica, arg. c. ad apostolicam de simon. Pan. in c. 1. num. 3. & seqq. hoc tit. Innoc. in c. fin. in princ. de his que sunt à maior. part. c. cessante † consuetudine tenetur prælatus 18 quartam partem fructuum non solum futurorum, sed etiam præteriorum, quos ad huc effectum tenetur conservare, c. derelivimus 10. quæst. 1. cap. vñico & ibi glos. quæst. 3. Bero. conf. 3. num. 6. & seqq. vol. 1. fabricæ dare, c. nobis cum septem cc. seqq. 12. quæst. 2. c. vñico 10. quæst. 3. si quarta † & pars non suffit 19 cit, nec consuetudo disponit, tenentur omnies patroni, c. cum illud §. parochiales seq. 25. rectores ecclesiæ, & beneficiari, quatenus eis super est detractis necessariis, c. 1. c. de his hoc tit. c. fin. de his que sunt à maior. parte cap. & ibi post gloss. Canon. si redditus eius non super sunt, compelluntur ultimoloco † parochiani, nam ex quo percipiunt ibi divina tenentur ad refectionem eccl[esi]æ, d. c. cum illud §. parochiales seq. 21. nec possunt, volendo evitare onus, cedere usi eccl[esi]æ,

ecclesiæ, Panor. in c. i. num. 4. hoc tit. Rom. sing.
 21 68. præterea inferiores capellæ † pro in-
 stauratione ecclesiæ principalis seu matricis
 contribuere tenentur, & ecclesia Matrix,
 seu ipsa plebs, pro reparazione capellarum,
 reddendo vicem pro vice. Fred. de sen. cons.
 224. Franc. Marcus quæst. 459. num. 2. & seqq.
 22 parte i. quod si omnes † nimia egestate la-
 borent, potest episcopus etiam tanquam
 sedis apostolicae delegatus, vocatis ijs quo-
 rum intet est, ram parochiales, quam alias
 ecclesiæ, & beneficia simplicia etiam iuris-
 patronatus, arbitrio suo ad matrices, seu vi-
 ciniores ecclesiæ transferre, & parochialis
 translata desinit esse parochialis. Mandos de
 sign. grat. iit. de transla. pral. vers. quando pa-
 rochialis Greg. 15. decis. 387. n. 2. & 3. & decis.
 405. & ibi annot. licet aliter sentiat gl. in c.
 privilegium de reg. iur. in 6. Alex. in l. inter stipu-
 lantem §. sacram. nu. 13. in fin. ff. de verb. oblig.
 ac in eisdem ecclesijs capellas, & altaria eri-
 gere sub eisdem invocationibus, aut in ere-
 eta altaria, vel capellas transferre & eccle-
 sias ditutas in profanos usus non sordidos;
 ereta tamen ibi cruce convertere. d. c. cum
 illud in princ. & fin. sef. 21. Lapidæ, † & li-
 gna ecclesiæ dedicata non debent ad aliud
 opus iungi, nisi in aliam ecclesiam, vel ligni
 sunt comburenda, vel ad profectam in mo-
 nasterio fratribus, non tamen indifferen-
 ter, sed vel in capitulo, vel in dormitorio,
 vel in alijs religiosis locis, non in coquina,
 vel in colendis vineis; in laicorum ope-
 ra admitti non debent. c. ligna de consecr. dist.
 24. i. Altaris † quoque palla, cathedra, cande-
 labrum, & velum si fuerint vetustate con-
 sumpta, igni dantur, quorum cineres in
 baptisterio inferuntur, aut in pariete, aut in
 fossis pavimentorum iactantur, ne intro-
 euntium pedibus coinquinentur. c. altaris
 25 pallacum cc. seqq. de consecr. dist. i. Ecclesia †
 destruncta auctoritate superioris, amittit o-
 mnia priuilegia; l. si usus fructus ciuitatis. quib.
 mod. usus fructus amittatur, c. & hoc diximus,
 & ibi gl. in verb. destructa 16. quæst. 7. gl. in cap.
 priuileg. de reg. iur. in 6. & ibi Can. Greg. 15. de-
 cis. 387. in princ. & decis. 405. & ibi annot.
 destruncta casu fortuito, † aut ab hostibus,
 retinet omnia privilegia; c. pastoralis 7 quæst.
 1. c. quæ semel 19. quæst. 2. ideo si alia ecclesia
 in eodem loco edificetur, retinet omnia
 iura ecclesiæ destructæ, uti subrogata in
 locum primæ, l. ædes sacræ ff. de contrah. empt.
 vel vend. l. instantum §. sacræ ff. de rer. diuis. gl.
 in cap. priuileg. & ibi Can. de reg. iur. in 6. Inn.
 in cap. 2. numer. 2. de nou. opnunc. & ibi Can.
 Innoe. in c. abbate in fin. de verb. sign. Alex. in l.
 inter stipulantem §. sacram numer. 13. de verb.
 oblig.

Transferuntur † seu transmutantur Ec. 27
 clesiae auctoritate summi Pontificis, aut e-
 pisopi cum Consilio capituli, c. si quis vult
 monasterium 16. quæst. 7. Lap. alleg. 68. ex-
 quinque causis, Prima, cum necessitas per-
 secutorum loca earum grauauerit, secunda
 cum difficultas locum fuerit propter aëris
 intemperiem. Tertia cum malorum socie-
 tate grauanter, siue propter, malitiam po-
 puli, c. tribus & ibi gloss. & Can. de consecr. dist.
 1. c. Ecclesiæ, & ibi gl. 16. quæst. 7. Lap. alleg. 68.
 Quarta, causa meliorationis, c. si quis vult
 monasterium 16. quæst. 7. Destylo in huius-
 modi translationibus visitatæ sunt in fra-
 scriptæ † clausula, dimissio ibidem aliquo sa- 28
 cello, seu oratorio in signum translata Ec-
 clesiæ vel dimissio presbytero in priori loco
 ad ministeria ecclesiæ, d. c. si quis vult mona-
 sterium 16. quæst. 1. item proviso quod ad
 profanos usus non redigatur, c. semel. de reg.
 iur. in 6. §. sacræ insti. de rer. diuis. quando
 transfertur parochialis ecclesia, additur
 cum superficie terræ, & ossibus ibi existenti-

PPPPP 3 bus

- bus. Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. tit. translations, vers. quando parochialis, & vers. ſeqq. Quinta, eſt cauſa ruinæ, & inopiæ restaurationis, uti ſupra dictum eſt, c. cum illud ſeff. 21.
- 29 An perdatur † exemptio ſi de mandato Papæ eccleſia plene cum perſonnis exempta transferatur ad locum non exemptum vide Franc. in c. cum perſona §. fin. nu. 4. de priuilegi. in 6. Late diſtinguentem. Eccleſiae quandoque † eriguntur in alium ſtatum ſuperiorem, nempe collegiata in cathedralē, & Episcopalis in metropolitanam auſtoritate Papæ, c. 1. ne ſede vacante &c. c. quo ad translationem & ibi gl. in verb. reservata & Can. de off. leg. Extravag. Salvator de præb. inter communes Rebuff. in prax. part. 1. tit. de ercit. in cathedral. Eccleſia ſimplex in parochialem ex iuſta cauſa auſtoritate epifcopi, c. ad auſtentiam el. 1. hoc tit. Rebuff. in prax. tit. de ercit. eccl. in curat. & paroch. Garc. de benef. part. 1 2. c. 5. nu. 3. requirit. auſtoritatem Papa. Difficilis eſt queſtio, an eccleſia † exempta per eretionem in cathedralē amittat exemptio- nem, in dubio cenſeo quod exemptionem perdat, quia ſi präſervatam dicimus exemptionem, eadem ſuffragaretur epifcopo, quod eſſet absurdum, eo quod exemptio data ſit contra epifcopum, Joan. And. inc. cum perſona sub num. 9. circa finem ante vers. prima gl. de privil. in 6. & ibi Can. & absurdius eſſet dicere ſolum capitulum, & canonicos eſſe exemptos, quia epifcopus & canonici ſunt unum corpus, epifcopus caput, canonici membra, c. novit de his quaſi fiunt à praefat. & ibi gl. pen. alleg. concord. & Can. c. cum non liceat & ibi gl. 1. & DD. de præscript. & inconveniens eſt in primordio eretionis, membra per exemptionem à capite separari, quia Epifcopus eſt ſponsus eccleſiae & ſolus utitur annulo, c. licet de transl. epifc. &c. & ibi Pan. n. 5. & C. 48.

Eccleſiae, & † capellæ renovatio, & am. 31 pliatio fieri debet ſine präjudicio familiæ, quaे in eccleſia, & capella veteribus habebat inſignia, ideo arima ſeu ſcuta armorum familiæ, quaे appoſita & affixa reperiuntur, in fornice, & columnis ſive pilaftris eccleſiae veteris, transferenda & assignanda ſunt coroni, & columnis eccleſiae novæ qua renovatio, & ampliatio eccleſiae intelligitur facta firmis remanentibus qualitatibus eccleſiae, & prorogativis familiæ, & ſine cuiuſdam präjudicio, c. ad audientiam el. 2. hoc tit. Joan. de Anan. conf. 86. poſt nu. 2. & ibi Bolag. in add. Greg. 15. dec. 463.

De immunitate Eccleſiarum, cemiterij, & rerum ad eas pertinen- tium.

Titulus XLIX.

SVMMARIA.

- 1 In Eccleſis & cemiteriis non debent tradi- ri placita ſecularia quaſcunque ſit cauſa laicorum.
- 2 Placita Eccleſiaſtica in eis poſſunt tradi- ri.
- 3 In domibus Eccleſiarum neque miſſus neque comes vel iudex publicus vel miſteriū vel miles quaſi pro conſuetudine aut iure pu- blico poſteſt iudicare aut hoſpitiū querere ſed proceſſus in domo facilius valet.
- 4 Caueſe ſanguinis & in quibus de corporali poena agitur non debent in eccleſia tradi- ri ſub poena anathematis.
- 5 Eccleſia etiam interdicta, major per circu- tum quadrageſita paſſuum, capella vel mi- nores eccleſia triginta, domus epifcopi, ſive intra ſive extra dictos quadrageſita paſſus conſtructa ſit immunitatem habet ut per- ſona hominis liberi ſubdiſti aut iudei vel pagani